

H[einricus] dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus, quibus presens littera fuerit ostensa, graciam | suam et omne bonum. Significandum duximus universitati vestre, quod ecclesiam Herberen dilectus consanguineus noster | H[einricus] lantgravius Turingie a nobis habebat in feodo cum iure patronatus et ab ipso lantgravio ius patronatus ha|buit H[einricus] comes de Nassw, et idem comes 5 ipsum ius patronatus resignavit premissis lantgravio ea condicione, ut ipse lantgravius eam nobis resignaret et nos ipsam omni iure conferremus domui Teuthonice in subsidium Terre Sancte. Cognita itaque devocione premissis domus memoratam ecclesiam ipsi conferimus tenendam et possidendam pleno iure et eandem donacionem ipsi duximus confirmandam, volentes, ut ipsam teneat ad usus suos, cum resignacio facta sit legitime 10 a persona in personam sine exceptione. Ad huius igitur donacionis nostre memoriam presentem litteram sigillo nostro communitam prefate domui fecimus assignari. Testes sunt hii: Hermannus marchio de Badin. C[onradus] buregravius de Nvrinbere. Marchio de Burgw. Luipoldus et E. fratres de Grindelach. C. de Stöffin et alii quam plures. Actum apud Geilinhusen anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo 15 primo, III. non. iunii, indictione iiii.

(S.)

439.

Meißen, 1231 Juli 8.

Hdschr.: Kop. Perg. (Sæc. XIII in.) Hauptstaatsarchiv Dresden fol. 14b Locat 9001.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 4 S. 449 No. 398e.

20

Markgraf Heinrich urkundet, daß ein Vergleich zwischen seinem Liten Luder und dem Kreuzkloster bei Meißen in Betreff streitiger Aecker stattgefunden hat.

440.

Grimma, 1231 Juli 11. 25

Hdschr.: Beglaub. Kopie. Copiale magnum Universit. Lips. I, 104.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 10, 198.

Markgraf Heinrich bestätigt dem Prior und den Brüdern des Predigerordens zu Leipzig eine von Ritter Heinrich von Wahren überlassene Hofstülte und genehmigt den Bau eines Klosters, einer Kirche sammt Schlafhaus und heimlichem Gemach durch die 30 Stadtmauer.